

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

130.

107

Uperis concordia et ad amorem

(C)ongratis p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur] p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur]

H[ab]ent[ur] s[ecundu]m p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur] s[ecundu]m p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur]

q[ui] p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur] q[ui] p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur]

S[ecundu]m p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur] S[ecundu]m p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur]

A[ctu]s s[ecundu]m p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur] A[ctu]s s[ecundu]m p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur]

V[er]o b[ea]tissima v[er]itatis p[ro]p[ter]a h[ab]ent[ur]

(C)ongratis l[et]itiae h[ab]ent[ur] (C)ongratis l[et]itiae h[ab]ent[ur]



ACCLAMATIO VOTIVA

In honorem

Amplissimi juxta atq; Consultissimi viri, sapientia, virtute, rerumq; usu spectatissimi,

DN. FRIDERICI GRAUBENI

AULÆ SERVESTANÆ PRÆFECTI DIGNISSIMI, ILLUSTRIS-
simi q; Ascaniæ gentis herois, Dn. RUDOLPHI, &c. Consiliarij inter primos:

Anadochi & Mecænatis sui æternū colendi:

CUM

Honestissima ac pudicissima matrona

MARGARETHA, AMPLISSIMI AC PRUDENTISSIONI VIRI, DN.

ANDREÆ UBENI, Senatoris quondam in veteri Soraborum metropoli
gravissimi, &c. relicta vidua: a. d. XIX. Maji Anno M. DC. XVII.

nuptias secundas celebrantis.



ARA per humanos contingunt gaudia
casus,

Vix aliqua tandem ridet Apollo
die.

Plus fellis, quam mellis habet, plus sentit amari
Nostra nihil-stabili vita agitata rotâ.

Attamen haud raro post tristem gaudia fletum
Agglomerant, cessant nubila, Phœbus adest.

Nec lacrumis teritur semper miserabilis ætas;
Lætior apparet nempe aliquando dies.

Exemplo Graubenus adest, nostræ decus aulæ,
Vir meritis præstans, & pietate gravis.

Scilicet immensum nuper tulit ille dolorem,
Cum fuerat lateri costa recisa suo.

Ingemuit, duxitq; imo suspiria corde,
Nullus erat lacrumis mœsta per ora modus.

Sed velut alterno gaudent mortalia cursu,
Jam novus à lessu perpetue lusus adest.

Nunc pharetrat⁹ amor, mater Cythereaq; fronte
Exhilarant, ipsum jam novus ardor agit.

Ilicet aspicient astantes ordine nymphæ,
Quid novus ornatus, quid sibi pompa velit.

Namq; sacras aderit Sponsam ducturus ad ædes
Cinctus honoratis Sponsus utrinq; viris.

Ordine quē juvenum pulcer comitabitur ordo,
Atq; puellarum blandulus ille chorus.

Matronas inter velut unio Sponsa micabit,
Sponsa, novum Sponso jam paritura decus.

Accinet heic numerosa cohors: studiosa juventus
His super acceptâ jubila voce feret.

Cuncta jubente Deo fiunt: qui jus sit honorem
Abs se concesso semper habere toro.

Consecrat is verbo genit⁹ istud, & insuper ornat,
Ipse quod instituit, dulce sodalitum.

Cumq; & honore pares parib. junguntur, & annis,
Mutua dat socio pectora stare toro.

Ergo, quod adversas hodierni temporis usum,

Vénit in amplexus nulla virago tuos;

Sed viduus viduam tibi jungis, amat⁹ amatam,
Esse quis hoc dubitet, Sponse, tonantis opus?

Ipse tuis, Graubene, sacro spiramine ceptis

Adfuit, atq; suā cor tibi rexit ope.

Margarin es natus, sed quæ preciosior auro,

Quæq; nihil-stabiles unica vincit opes.

Sint aliis tinctæ p̄ precioso murice vestes,

Gaza sit innumeras accumulata locis;

Nil fuerint, nullo tangent p̄ cordia motu,

Sed magis his omni tempore servus eris.

Sola tori conjux casto tibi pectus amore

Permovet, & custos est benè-fida domus.

Semper in adversis præstò est, cūq; ipsa operatur,

Mensa focusq; calent, vita domusq; valent.

Ambo quum duplices tendunt ad sidera palmas,

Excipit amborum vota precesq; Deus.

Non his omne bonū, non ulla opulentia deērit,

Qui votis onerant numina sancta piis.

Hinc mea coniungo vestris: Et in hoc, & in isto

Eveniant vobis prospera cuncta loco!

Anadocho suo meritissimo
gratulabundus
acclamabat

Abrahamus Ulricus Ser-
vestanus.

SERVESTÆ

Excudebat Zacharias Dörffer.

M. D C. XVII.



AVITQV. OITAMALIBA
DILECTIO DILECTIO DILECTIO

DILECTIO DILECTIO DILECTIO

DILECTIO DILECTIO DILECTIO

DILECTIO DILECTIO DILECTIO

130.

147



22372

Universitätsbibliothek Halle (Saale)

AN DER UNIVERSITÄT



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-592030-p0005-4

DFG

Nr 1996.

8



nicht aufz., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!
28 a / 50 1996 /

VS 17

1996

